

Zeitschrift: Candollea : journal international de botanique systématique =
international journal of systematic botany

Herausgeber: Conservatoire et Jardin botaniques de la Ville de Genève

Band: 28 (1973)

Heft: 2

Artikel: In Floram Europaeam animadversiones. II.

Autor: Laínz, M.

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-880164>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 05.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

In Floram Europaeam animadversiones. II.

M. LAÍNZ, S. J.

RÉSUMÉ

L'auteur présente quelques remarques, plutôt nomenclaturales et chorologiques, sur le troisième volume de "Flora Europaea" récemment publié. En passant, une nouvelle combinaison est proposée: *Odontites tenuifolia* subsp. *albarracinensis* (Laínz) Laínz.

SUMMARY

The author present some nomenclatural and chorological comments upon the newly published third volume of "Flora Europaea". He also proposes a new combination, viz. *Odontites tenuifolia* subsp. *albarracinensis* (Laínz) Laínz.

ZUSAMMENFASSUNG

Der Verfasser macht einige nomenklatorische und chorologische Bemerkungen über das eben herausgegebene dritte Band der "Flora Europaea". Außerdem schlägt er eine Neukombination vor, *Odontites tenuifolia* subsp. *albarracinensis* (Laínz) Laínz.

Sat multae ulteriores animadversiones faciendae (cf. Laínz 1969) in tertium exilius volumen — nuper editum — operis quod "Flora Europaea" inscribitur, ab omnibus quidem saepe volvendum, immo nonnullis venerandum. Utile tamen mihi fore videtur has quasdam animadversiones — gallaecicas potius et cantabricas — licet valde incompletas statim praemittere, scriptis meis praesertim ut par est innixas.

Veniamus igitur ad pagellam 6, ubi a D. A. Webb & E. M. Rix, in *Ericarum* clave, ut character diagnosticus *erigenae* Ross versus *herbaceam* L. costae infrafoliares extolluntur, de quibus McClintock (1971) dixerat: "Ross (1967) illustrated a new character in infrafoliar ridges, discovered by himself, for separating the two taxa.

Despite his kind personal instruction, I have failed to make it work either on living or dried material; and Mr. C. D. Brickell, the Director of the R. H. S. Garden at Wisley, tells me he and his staff have also failed, after extensive trials". Nos, quidem, minime contendimus combinationem *E. herbacea* subsp. *occidentalis* (Benth.) Laínz (1968: 31) mordicus defendere, dum suam ipse Ross modeste defendebat; fortassis vero nunc opportuna visa fuisse aliquia indicatio — ut frequenter in opere fit — de non magna morphologica differentiatione. Quoad geographicam distributionem, cf. Laínz (1972).

Quoad *Vaccinium uliginosum* subsp. *microphyllum* Lange, T. N. Popova (l.c.: 13) simpliciter ignorare videtur auctores Löve & Boșcaiu (1966), quorum nos contributionem aliquo modo confirmabamus (1968: 31-32) et postea confirmare adhuc potuimus in regiuncula santanderiensi Alto Campoo nuncupata.

Contra placita dominorum D. H. Valentine & A. Kress (l.c.: 16), *Primula elatior* subsp. *intricata* (Gren. & Godr.), ut firmiter indicabamus (1961: 169), a Widmer (1891: 127-128) proposita iam fuerat; combinatio autem *P. veris* subsp. *Columnae* (Ten.), ut eodem loco pariter innuimus, adscribenda est auctoribus Maire & Petitmen-gin (1908: 427); neque res alias hic agitemus, de quibus sine dubio "Flora Europaea" tacere mavult.

I. K. Ferguson (l.c.: 20), cum *Vitalianam primulifloram* subsp. *Assoanam* Laínz recepisset, eius cantabricam praesentiam prorsus in oblivionem dat. Praeterquam quod proponentes dixeramus (1964: 198-199) et antea dictum est, momento chorologico non caret etiam nostra nuperrima contributio (1973: 183).

Item Ferguson, pagella insequenti (l.c.: 21), obliviscitur imprimis nostrae sat conspicuae indicationis (1970: 4, 30-31) relictæ speciei *Androsace lactea* L.; de qua nihil amplius dicemus, cum hic facile in charta geographica ex opere "Gran Enciclopedia Asturiana" — 7: 47. 1972 — deprompta illius facinus percipiatur. De *A. elongata* L. dicendum utique in paeninsulam Ibericam 100 plures km penetrare, cum clarus Pau (1902: 49) novum civem, abulensem, speciem iam declaravisset; cumque postea saltem Montserrat (1949: 268-269) longe quoque a Pyrenaeis eam sedulo indicavisset. In pagella denique ulteriore (l.c.: 22) etiam *A. carneae* L., quoad paeninsulam, pyrenaica tantum declaratur; cum saeculis ante-actis fuissest in Cantabriae montibus detecta, etiamsi taxonomia eius, quoad regionem, adhuc obscurior maneat (cf. Losa & Montserrat 1953: 445; Laínz 1957: 152; 1959: 684-685).

Ubi de *Soldanellis* agitur (l.c.: 24) domina Pawłowska non *alpinae* Pyrenaeos centrales transgredi concedit, cum revera usque ad nostros Picos de Europa sese pretendere videatur (cf. Laínz 1970: 31; 1973: 183); *villosam* autem — auctori Labarrère potius tribuendam — Pyrenaeis occidentalibus Pawłowska circumscrabit, cum plures quoque 100 km in Occidentem saltum facere comperuissemus (1970: 31-32).

De *Lysimachiis* agens, L. F. Ferguson (l.c.: 26) *Nummulariam* hispanicam censet; sed forte, proh dolor!, mea maxima culpa: bene legenda quae diximus (1966: 299, 314; 1967: 35). De *Anagallidibus*, demum, praecipue mirandum quod in *arvensem*, etsi non plena securitate, insignis *parviflora* Hoffmans. & Link strictius reducatur (l.c.: 28); et satis etiam quod *A. Monelli* L. ab omni taxonomica divisione inmunis servetur (l.c.: 29).

Nondum Plumbaginaceis data opera studuimus. Quoad *Limonia*, quidem, parcissime in regionibus nostris praesentia, *ferulaceum* usque in aprica Gallaeciae pervenire dicendum (Laínz 1966: 316), quod facile dominum Pignatti effugere potuit




Fig. 1. — *Androsace lactea* L.: distributio geographica iuxta scientiam nostram hodiernam, venientem — quoad Europam centralem — ex “Hegi” denuo in lucem edito.

(l.c.: 41); miramur vero eum etiam effugisse prioritariam combinationem, quae a nobis certe indicata fuerat: *L. ferulaceum* (L.) Chaz., Dict. Jard., Suppl. 2: 35. (1790)! Eodem loco ac pagella *L. minutum* (L.) Chaz., inscio quoque Pignatti (l.c.: 43), etiam prioritarie proponitur.

Gentianacearum initium sumit T. G. Tutin criteriis quidem reductivis (l.c.: 56). Abnorme praesertim videtur, iuxta experientiam nostram, *Blackstoniam imperfoliatam* ut *perfoliatae* subspecies tantum admitti. Miranda etiam, quoad caryologiam et alia, operum domini Zeltner oblivio, cum postremum a Melderis in pagella sequenti sit indicatum. Rem difficilem semper habuimus de synonymis in "Flora Europaea" iniuria omissis opinari; sed certe in pagella 346 (indicis huius voluminis) ob uniformitatem desideratur combinatio *B. grandiflora* (Viv.) Pau (1924a: 361), nuper a diversis auctoribus recepta.

Sibi A. Melderis adscribit (l.c.: 58) ternariam combinationem *Centaurium Erythraea* subsp. *maius* (Hoffmans. & Link), anno 1972 ab ipso propositam; cum nos eam, rebus sat bene perspectis, prius proposueramus (1971a: 18).

De genere *Gentiana* multo minus reductive agens, Tutin (l.c.: 62) *occidentalem* Jakowatz non tantum ut speciem recipit (nº 16), verum etiam ab *angustifolia* Vill. (nº 21) consulto distrahere videtur. In eius descriptionibus aegre differentias percipies; quae olim (Tutin 1970: 89) maiores apparebant, cum *occidentalem* affirmabat corolla insigniri "unspotted in the throat" (nunc dicit: "with few or no green spots in the throat"; quod, iuxta omnem experientiam nostram, adhuc reicendum). Evidem reales differentiae saepe roborantur, sed non taxonomico, meo iudicio, cum occidentalis stirps multo inferius quam alpina climaticas ob causas inveniri possit. Cf. Laínz 1957: 154; 1958: 449-450; 1961: 175; 1962: 41; 1964: 203; 1973: 191. *G. nivalis* L. quidem pervenire constat non solum "to the Pyrenees" (l.c.: 63), sed plures 100 km versus Occidentem, usque in summos Picos de Europa (Laínz 1957: 153-154; 1958: 449; 1959: 687; 1960: 32; 1961: 175; 1973: 191).

Quoad *Gentianellas* denique (l.c.: 65) nec valor specificus *G. hypericifoliae* (Murb.) Tutin ex Pritchard nec eius distributio geographica satis clare innotuerunt, quidquid dixerit vetus ille Wettstein; sed unum procul dubio inexcusabiliter ignoratur: praesentia in fere integris montibus Cantabricis alicuius *Gentianellae* – scilicet, *G. campestris* (L.) Börner, etiam sensu stricto – iam saeculo XVIII indicatae; necnon asservatae in pluribus herbariis, etiam britannicis, ex eadem regione hispanica venientis. Cf. Laínz 1959: 687; 1964: 203-204. Quoad combinationem *G. campestris* subsp. *baltica* (Murb.), eodem ipso modo a Tutin ex Pritchard proposita, notare liceat propositam prius fuisse a Löve & Löve (1961: 54).

Nonnulla iam de Boraginaceis dicamus. In *Echiis* offendimus nunc interrogationem ad binomen *E. salmanticum* Lag. (l.c.: 99); syn. *E. lusitanicum* subsp. *polycaulon* (Boiss.) P. Gibbs, Bot. Journ. Linn. Soc. 64: 379. 1971, ubi quaestio quidem ab auctore aliquo modo – ibi et non alibi – agitata erat. Legendum tamen attentius quod Lacaita olim scripserat (1919: 376-379), quod quidem prope urbem Salmanticam – quod Gibbs (1971: 52; sed cf. eius chartam pagellae 49) non prorsus ignorat – a Borja et sociis speciei Lagascanae reinventione magis roboratum! Patienter autem ferenda *E. vulgaris* L. synonymia, cum ulteriora studia re quidem vera necessaria sint (per transennam, binomen unicum aliquatenus discussum – "*E. pustulatum* Sibth. & Sm." – tribuendum notemus unice auctori Smith); sed infelix epitheton "argenteum Pau" (l.c.: 349, index) substitutum patet *E. Argentae* Pau – e domino V. Martín de Argenta nomen trahenti – quod quidem errore duplicito in praedictam synonymiam ab editoribus introductum videretur (cf. Gibbs 1971: 66).

De *Myosotidibus* interdum scripsimus etiam nomenclaturalia nonnulla discutientes. Taxonomicice nec mirum opiniones sunt aliquando aliquatenus diversae. Chorologicce nunc addendum (l.c.: 113) *M. Balbisianam* Jord. procul dubio in Lusitaniam septentrionalem pervenire, cum hanc potissimum speciem frequentissimam viderimus in provincia Orense (1971a: 25), verbi gratia prope Albarellos (Monterrey), ubi fines lusitanici non longe distant. Quoad *M. decumbentem* Host eiusque subsp. *Teresianam* (Senn.) Grau, ut nuper innuebamus (1973: 184-185), errata in descriptionibus (l.c.: 114) ita sunt corrigenda ut, si observatio addatur nostra de nuculis, diagnosis vix appareat. Quoad indicem (l.c.: 357-358), notentur pariter errata “*lamottiana* Br.-Bl. ex Grau” et “*stolonifera* Gay ex Lerescche & Levier” neque imitatione dignum exemplum habeatur “*silvatica* auct.”, cum hisce verbis exprimere unice intendatur graphia mediaevali *svlvetica* – parum sane utilis, ideoque non ita lege imponenda – usum esse priscum Hoffmann.

De *Omphalodibus* (cf. l.c.: 119), indigitemus demum opinionem (Laínz 1971a: 25-26), non quidem leviter expressam, iuxta quam *O. Kuzinskyanae* Willk. in Hispania desideratur, *O. litorali* subsp. *gallaecica* Laínz in eius locum substituente; atque notissimam contributionem pulchra icone illustratam beati Caballero (1945: 529-530, 549), de qua palam iudicare Ferguson debisset, qui opinari tantummodo ausus “The record of *O. pavoniana* Boiss. from Spain is probably erroneous”... Ubi nunc veniret *Pavoniana*?

De Callitrichaceis pauca omnino. Legantur, quaeso, animadversiones iam a me factae (1970: 17-19) in aliqua dominae Schotsman parum circumspecta verba. Sed illa dubitat adhuc (l.c.: 125) de *Callitriche palustri* L. in Hispania praesente!

De Labiatis, ut puta de *Teucriis* (l.c.: 129-135, 366), potius meridionalibus et orientalibus, non magna experientia instruimur. Hoc in genere mirandae, tamen, synonymizationes et absentiae quaedam, cum verae “Notulae systematicae” nullae a T. G. Tutin & D. Wood in lucem editae sint. Desideratur, exempli causa, *T. oxy-lepis* F. Q., Mem. Mus. Ciènc. Nat. Barcelona, ser. Bot. 1, 2: 9, lam. II. 1924; nec facile credideris idem esse *T. lepicephalum* Pau ac *T. pumilum* subsp. *Caroli-Pau* (Vicioso ex Pau) D. Wood, cum etiam a Font Quer (1926) splendidis iconibus primo visu diversissimis ambo illustrata fuerint cumque *T. hifacense* Pau, ibidem pariter illustratum et comentatum, nec eius vero auctori tribui comperias!

Ut saepe saepius in opere, complura de *Sideritibus* (l.c.: 138-143) non multo roborantur; quarum accurata cognitio experimentalis – ultiro id concedimus – acerrimum adhuc laborem exigeret. Mirum quidem, per transennam, contributionem bene meriti Font Quer de *S. Endressii* (1954: 293-294) a V. H. Heywood in suis Notulis (1972: 355) non exacte indicari cytologicasque adinventiones dominorum Gómez García (1970, 1971) et Valdés (1970a) in suo conspectu negligi. Utque ab omni iudicio taxonomico abstineamus, addendum unice *S. luridam* falsa bibliographica indicatione stipari (l.c.: 141), cum nulla revera inveniatur descriptio Gayana in Durieuanis schedulis (cf. Laínz & Laínz 1962: 177).

Galeopsis carpetana Willk., iuxta indicem voluminis (l.c.: 351), nihil aliud esset quam *G. Ladanum* L. Typo quidem nomenclaturali Willkommianae speciei non studueramus – sed speciminibus e terra classica, certe – cum nostram combinationem *G. angustifolia* subsp. *carpetana* proponebamus (1963: 64) prae oculis habentes opusculum domini Townsend, ab ipso denuo indicato (l.c.: 146). Unum porro certum: plantas quarum magnum calyces semel atque iterum microscopice observavimus pilum habere papillis densis gaudentem, licet non ita “strongly

papillose" ut in typica *G. angustifolia* Ehrh. ex Hoffm.; tribus ergo rebus sat diversis in Hispania et Cantabria praesentibus.

De *Lamiastro* Heister ex Fabricio (cf. Ball, l.c.: 148-149) vide quid fusius Holub scripsiterit (1970) quidve Rauschert praemiserit (1968); quod et in aliis eiusmodi "generibus" locum obtinet.

De *Betonicis* seu *Stachydibus* primis (l.c.: 152) a nobis iam dicta legantur (1973: 189). Clarus Greuter nos postea monebat (in litteris) combinationem *S. Alopecuros* subsp. *Godronii* (Rouy) a claro Merxmüller anno 1952 fuisse propositam.

Prunella grandiflora (L.) Scholler, typica, dicitur (l.c.: 162) tantum deesse in "S. Portugal and S. W. Spain". Nos autem, revera non multum de quaestione solliciti, nihil aliud in Hispania septentrionali collegimus quam subsp. *pyrenaicam* (Gren. & Godr.) A. & O. de Bolòs, forte non ita calcifugam ut A. R. Smith contendit; quae quidem a Merino (1906: 217-218) sola in Gallaecia indicabatur.

Quoad auctorem cui tribuenda *Mentha longifolia* (l.c.: 186), cf. Greuter & Charpin (1972: 48). Nescimus insuper an identitas *M. x villosae* Huds. solidis fundamentis innitatur (cf. R. M. Harley in Heywood 1972: 253).

Ubi de *Hormino pyrenaico* L. (l.c.: 188), addendum est chorologicis notitiis domini Heywood speciem progredi non solum usque in molem solitariam Picos de Europa dictam, ubi frequentissima in parte orientali, santanderensi; verum etiam usque in longinquos Picos Albos (Saliencia, Somiedo, Asturias), quo loco eam detexerunt coniuges Dupont (1956: 329) nosque abundantem postea vidimus.

De Solanaceis parum etiam solliciti, indigitemus tamen dominibus J. G. Hawkes & J. M. Edmonds (cf. l.c.: 198) indicationem hispanicam (Bellot 1951: 386) *Solanum Pseudocapsici* L. et descriptionem cuiusdam *Withaniae Grosii* Pau (1922a: 33), almeriensis; de qua, revera, opinari non possumus.

Veniamus ergo ad Scrophulariaceas potissimumque ad *Scrophularias*, de quibus nonnulla scripsimus (1967: 36; 1968: 27-28; 1971a: 21) quae pro parte dominum I. B. K. Richardson (l.c.: 363, quoad synonymias *S. Paui* et *S. oblongifoliae* Merino) effugisse videntur! De *Anarrhinis* autem non inutilis hoc loco indicatio nuperrimae contributionis domini Rigual (1973).

Aliqua etiam de *Antirrhinis*. Monet nos amicissimus Fernández Casas – nunc granatensis – typos *A. hispanici* Chav. et *A. glutinosi* Boiss. & Reut., Parisiis et Genavae a se nuper inspectos, nullo modo unum eundemque "taxon" repraesentare, quamvis D. A. Webb (in Heywood 1971: 273), monographum Rothmaler secutus, inconsulto identitatem admittat; de quaestione autem se protinus dicturum. De *meoniantho* s.l., ut gallaecico, legendum quadam attentione quod scripsimus (1968: 24-25), ita ut saltem chorologia totius complexi (cf. l.c.: 223 et Webb in Heywood 1971: 273-274) magis elucescat. De *A. maiore* subsp. *Linkiano* (cf. l.c.: 224) in mentem revocemus nos id in Hispania boreo-occidentali detexisse (1971a: 19); quamquam postea dominus Álvarez (1973: 7), levi evidenter animo, *A. maius* var. *ramosissimum* Willk. loco sat proximo indicat.

De *Linariis*, pauca inculcanda. Combinatio *L. triornithophora* (L.) non semel tribuimus clarissimo Cavanilles, Elench. pl. Hort. Matrit.: 21. 1803; innixi quidem bibliographico testimonio clari Rothmaler (1940: 52), alibi sed non hic (l.c.: 231) a Chater, Valdés & Webb recepto (vide *L. aerugineam*, l.c.: 233). De *L. caesia* (Lag. ex Pers.) DC. ex Chav. deque *propinqua* et *supina* sensu latissimo (l.c.: 234), vide quae scripsimus (1971a: 20-21; 1973: 186-187); ut etiam de infelici "faucicola" et, in genere, de *alpina* (l.c.: 235), a Valdés (1970b) pro parte ignoratis (cf. Laínz 1961: 170-172; 1973: 185-186). Quoad *amethysteam* (l.c.: 236), basio-

nymum tribendum est auctori tractationis de *Antirrhino* in famosa *Encyclopedia*, ut diximus (1971b, 1971c), non equiti de Lamarck. Legendum etiam quid (1968: 26; 1971: 20) de *L. saxatili* scripsimus. De aliis quibusdam taxonomicis arbitriis hic non est primo iudicandum.

Utrum *Erinus alpinus* L. dici possit fere semper calcicola (cf. l.c.: 241), exteri viderint; sed non ita inter nos (cf. Merino 1906: 98-99). Qui aliunde in Hispania meridionali et in Africa indicatur (cf., v.c., Pau 1922b: 60), quidquid dixerit Webb.

Nec multum de *Veronicis*, cum ipsi Walters & Webb perfectionem minimam recusare videantur: nullus enim ibi sermo, inter alia, de infraspecificis stirpibus *alpinae*, *fruticantis*, *Nummulariae...*, nullaque mentio binominum ut *V. Font-Queri* Pau, *V. javalambreensis* Pau, *V. Langei* Lacaita, *V. minuscularia* Pau et *V. pasquorum* Pau = *V. serpyllifolia* subsp. *parviflora* (Willk.) Vigo, cum *V. Espadanae* Pau in "espadamae" transformetur. Mira quidem sententia (l.c.: 244) de *V. mampodrensi* Losa & Montserrat. Adhuc ignoratur (l.c.: 247) praesentia in Hispania *V. micranthae* Hoffmans. & Link (cf. Merino 1909: 574; Pau 1924b: 59; Caballero 1947: 649). His de quaestionibus nonnulla scripsimus (v.c., 1963: 62; 1964: 201; 1968: 30; 1970: 33-35).

Melampyrum arvense L. (cf. Soó & Webb, l.c.: 254) nusquam nos in Hispania vidimus neque fidedignas eius indicationes ullas novimus; gallaecicam vero data occasione repulimus (1971a: 22). Idem fatetur amicissimus Prof. O. de Bolòs (in litteris).

Iam a Lagascae temporibus *Tozziam alpinam* L. (cf. l.c.: 257) in medium Asturiam sese pretendere constabat pluresque aliae cantabricae prostant indicationes (cf. Laínz 1958: 449; 1970: 35; 1973: 189) a Webb sane praeterrissae.

Nihil hic de *Euphrasiis*, cum P. F. Yeo, etiam revisionis barcinonensis oblitus (Rothmaler 1935), tot hispanica ignoret.

Quoad genus *Odontites*, analysis intraspecifica et synonymia dominorum Webb & Camarasa deficientes quoque apparent. *O. tenuifoliam* subsp. *albarracinensem* (Laínz) Laínz, comb. nov., proponamus; syn. *O. aragonensis* Willk. in Debeaux, Rev. Bot. 13: 359. 1895; et Bull. Assoc. Pyr. 6: 16-17. 1896; *Odontitella virgata* subsp. *albarracinensis* Laínz, Collect. Bot. 7: 587. 1968. Nec nomenclaturalia quaedam felicia videtur. *O. viscosa* subsp. *hispanica* (Boiss. & Reut.) Rothm., ut subspecies (l.c.: 267), subsp. *australis* (Boiss.) Jahandiez & Maire est nominanda (cf. Laínz 1971a: 23), cum epitheton postremum prioritate in tali gradu gaudere liqueat. Post epitheton autem *kaliformis* nomen clari Pourret minime scribendum (l.c.: 268), etsi originem ab eo traxerit: publicatum est enim absolute a Willdenow, Enum. pl. Horti Berol.: 635-636. 1809.

De *Bartsia* (l.c.: 269) notandum — quod quidem a Tutin disci non potuit — etiam *alpinam* sese pretendere usque ad montes Cantabros, ubi nuper in scriptis nostris (1973: 188) amicissimus Pereda iam vita functus eam primus indicavit.

In genere *Pedicularis* manca nimis prima fronte informatio sese ostendit ubi de *silvatica* et *comosa*, disiuncta satis ab *schizocalyce* (Mayer, l.c.: 273); insuper ubi de *pyrenaica* (l.c.: 275) et *mixta* (l.c.: 275-276). Nonnulla scripsimus de his (cf. saltem 1960: 27; 1966: 315; 1967: 37; 1971a: 22), ab illa prima nostra nota de genere (1953), scribemusque adhuc.

Quoad *Rhinanthum angustifolium* (l.c.: 280) — quidquid opinaverint Soó & Webb, in Hispania praesentem abundantissimumque — indicare opportet quae nuperrimae scripsimus (1973: 188-189); idemque (1973: 190), fine Scrophulariaceis imposito, quoad *Globulariam* quae a Tutin denuo *punctata* nuncupatur (l.c.: 282),

pro qua *vulgaris* in montibus Cantabricis semel atque iterum sumpta est: porro quoad Orobanchaceas in mentem revocare sufficiat extensionem *Orobanches Teucrii* (cf. Chater & Webb, l.c.: 292) usque in Asturiarum extremum calcarium confinum (cf. Laínz 1960: 30); demum quoad Lentibulariaceam *Pinguicula grandiflora* (cf. l.c.: 296), eius in Gallaeciam penetrationem bene a Merino investigatam (1906: 38), cui forsan addenda sit marginalis indicatio extrema nimis (La Baña, Encinedo, León), ab ipso Casper nonnumquam admissa (1966: 164).

Denique notandum, quoad nomina hispanica, Ortega (l.c.: 311) non esse familae proprium nomen domini C. Gómez de Ortega, quamobrem is inscribi primo loco ut Gómez debuisse. Eadem observatio de J. Ruiz Casaviella, cum praecedens critica nostra (1969: 258), ubi de *Thymelaea Ruizii* Loscos ex Ruiz Casav., non alium effectum habuerit quam hoc “Casav. J. Ruiz Casaviella” (l.c.: 303), ubi contra leges orthographicas additur ictus. Quapropter, heu!, cum universales nostri mores illo nominum usu concilcentur, in alphabeticō indice popularis popularem forte non reperiet.

Amicissimis H. M. Burdet et A. Charpin, e Conservatorio Botanico genevensi, subsidia bibliographica non pauca agnoscere debemus. Carissimus Pater A. Díez Escanciano, S. J., nunc salmanticensis, latinitatem nostram expolivit.

INDEX BIBLIOGRAPHICUS

- Alvarez, R. (1973) Notas sobre flora gallega. *Trab. Dep. Bot. Fisiol. Veg. (Madrid)* 6: 7-14.
 Bellot, F. (1951) Adiciones a la flora de Galicia. *Anales Inst. Bot. Cavanilles* 10, 1: 383-387.
 Caballero, A. (1945) Ilustraciones a la flora endémica española. *Anales Jard. Bot. Madrid* 5: 523-557.
 – (1947) Dos excursiones botánicas en los alrededores de La Alberca (Salamanca, Cáceres). *Anales Jard. Bot. Madrid* 7: 645-653.
 Casper, S. J. (1966) Monographie der Gattung *Pinguicula* L. *Biblioth. Bot.* 127-128 (209 pp., 16 tab.).
 Dupont, P. & S. Dupont (1956) Additions à la flore du Nord-Ouest de l'Espagne (1). *Bull. Soc. Hist. Nat. Toulouse* 91: 313-334.
 Font Quer, P. (1926) *Illustrationes Florae Occidentalis*, fasc. 1 (8 pp., 12 tab.). Barcelona.
 – (1954) Enumeración de las plantas distribuidas en las centurias VI y VII del “Herbario Normal”, con diversos comentarios. *Collect. Bot. (Barcelona)* 4: 287-310.
 Gibbs, P. E. (1971) Taxonomic studies on the genus *Echium*. I. An outline revision of the Spanish species. *Lagascalia* 1: 27-82.
 Gómez García, J. (1970) Contribution à la cytobotanique du genre *Sideritis* L. *Compt. Rend. Hebd. Séances Acad. Sci.* 270: 3044-3046.
 – (1971) Notas cariológicas sobre el género *Sideritis* L. en España. *Anales Inst. Bot. Cavanilles* 27: 117-124.
 Greuter, W. & A. Charpin (1972) *Exsiccatorum genavensium a Conservatorio Botanico distributorum fasciculus tertius*: 33-52. Genève.
 Heywood, V. H. ed. (1971) Notulae systematicae ad Floram Europaeam spectantes. *Bot. J. Linn. Soc.* 64: 247-275; 353-381.

- Heywood, V. H. ed. (1972) Notulae systematicae ad Floram Europaeam spectantes. *Bot. J. Linn. Soc.* 65: 223-269; 341-358.
- Holub, J. (1970) *Lamiastrum versus Galeobdolon* and comments on problems of unitary designations in Fabricius work “*Enumeratio methodica plantarum horti medici helmstadiensis*”. *Folia Geobot. Phytotax. Bohemoslovaca* 5: 61-68.
- Lacaita, C. C. (1919) A revision of some critical species of *Echium*, as exemplified in the Linnean and other herbaria; with a description of *Echium judaeum*, a new species from Palestina. *J. Linn. Soc., Bot.* 44: 363-438.
- Laíñz, J. M. & M. Laíñz (1962) Notas florísticas referentes al País Vasco. *Collect. Bot. (Barcelona)* 6: 173-178.
- Laíñz, M. (1953) Sobre una *Pedicularis* montañesa y las vicisitudes de su grupo en el noroeste peninsular. *Altamira* 1953: 40-44.
- (1957) Aportaciones la conocimiento de la flora montañesa. *Collect. Bot. (Barcelona)* 5: 147-158.
 - (1958) Aportaciones al conocimiento de la flora cántabro-astur, II. *Collect. Bot. (Barcelona)* 5: 429-460.
 - (1959) Aportaciones al conocimiento de la flora cántabro-astur, III. *Collect. Bot. (Barcelona)* 5: 671-696.
 - (1960) Aportaciones al conocimiento de la flora cántabro-astur, IV. *Bot. Inst. Estud. Asturianos* ser. C, 1: 3-42.
 - (1961) Aportaciones al conocimiento de la flora cántabro-astur, V. *Bol. Inst. Estud. Asturianos* ser. C, 3: 147-186.
 - (1962) Aportaciones al conocimiento de la flora cántabro-astur, VI. *Bol. Inst. Estud. Asturianos* ser. C, 5: 3-43.
 - (1963) Aportaciones al conocimiento de la flora cántabro-astur, VII. *Bol. Inst. Estud. Asturianos* ser. C, 7: 35-81.
 - (1964) Aportaciones al conocimiento de la flora cántabro-astur, VIII. *Bol. Inst. Estud. Asturianos* ser. C, 10: 173-218.
 - (1966) Aportaciones al conocimiento de la flora gallega, IV. *Anales Inst. Forest. Invest.* 10: 299-334.
 - (1967) Aportaciones al conocimiento de la flora gallega, V. *Anales Inst. Forest. Invest.* 12: 1-51.
 - (1968) *Aportaciones al conocimiento de la flora gallega*, VI (39 pp.). Madrid.
 - (1969) In Floram Europaeam animadversiones. *Candollea* 24: 253-262.
 - (1970) Aportaciones al conocimiento de la flora cántabro-astur, IX. *Bol. Inst. Estud. Asturianos* ser. C, 15: 3-45.
 - (1971a) *Aportaciones al conocimiento de la flora gallega*, VII (39 pp.). Madrid.
 - (1971b) Monographiae domini Valdés recensio. *Excerpta Bot., Sect. A, Taxon.* 18: 319-320.
 - (1971c) Rerum veritas sanctissime servanda! *Candollea* 26: 259-261.
 - (1972) Chorologica identidem praetermissa. *Bot. Jahrb. Syst.* 92: 562-563.
 - (1973) Aportaciones al conocimiento de la flora cántabro-astur, X. *Bol. Inst. Estud. Asturianos* ser. C, 16: 159-206.
- Losa, T. M. & P. Montserrat (1953) Nueva aportación al estudio de la flora de los montes cántabro-leoneses. *Anales Inst. Bot. Cavanilles* 12, 2: 385-462.
- Löve, Á. & D. Löve (1961) Some nomenclatural changes in the European Flora. *Bot. Not.* 114: 33-56.
- Löve, D. & N. Boșcaiu (1966) *Vaccinium gaultherioides* Bigel., an arctic-alpine species. *Rev. Roumaine Biol. ser. Bot.* 11: 295-305.

- Maire, R. & M. Petitmengin (1908) Etude des plantes vasculaires récoltées en Grèce (1906). *Bull. Soc. Sci. Nancy* sér. 3, 9: 151-266, 360-490.
- McClintock, D. (1971) Recent developments in the knowledge of European Ericas. *Bot. Jahrb. Syst.* 90: 509-523.
- Merino, B. (1906) *Flora descriptiva é ilustrada de Galicia*, vol. 2 (634 pp.). Santiago de Compostela.
- (1909) *Flora descriptiva é ilustrada de Galicia*, vol. 3 (692 pp.). Santiago de Compostela.
- Montserrat, P. (1949) Plantas de los alrededores de Soria. *Collect. Bot. (Barcelona)* 2: 261-271.
- Pau, C. (1902) Formas nuevas de plantas. *Bol. Soc. Aragonesa Ci. Nat.* 1: 28-31, 48-51.
- (1922a) Las herborizaciones del Sr. Gros por la región almeriense. *Butl. Inst. Catalana Hist. Nat.* 22: 30-33.
- (1922b) Nueva contribución al estudio de la flora de Granada. *Mem. Mus. Ci. Nat. Barcelona, Ser. Bot.* 1/1 (74 pp., 10 tab.).
- (1924a) Plantas del norte de Yebala (Marruecos). *Mem. Real Soc. Esp. Hist. Nat.* 12: 263-402.
- (1924b) El herbario de Planellas (continuación). *Brotéria, Sér. Bot.* 21: 43-82.
- Rauschert, S. (1968) Zur Frage der Gattungsnamen bei Fabricius. *Taxon* 17: 153-156.
- Rigual, A. (1973) Un Anarrhinum nuevo para la flora de Europa (Anarrhinum fruticosum Desf. subsp. fruticosum). *Anales Inst. Bot. Cavanilles* 30: 89-97.
- Ross, R. (1967) On some Linnaean species of Erica. *J. Linn. Soc., Bot.* 60: 61-73.
- Rothmaler, W. (1935) Generum plantarum ibericarum revisio critica III. Euphrasia L. *Cavaniillesia* 7: 5-28.
- (1940) Nomenklatorisches, meist aus dem westlichen Mittelmeergebiet. I. *Feddes Repert.* 49: 51-56.
- Tutin, T. G. (1970) Gentiana Sect. Megalanthe Gaudin. *Fragm. Florist. Geobot.* 16: 85-90.
- Valdés, B. (1970a) Números cromosómicos de algunas plantas españolas. *Bol. Soc. Esp. Hist. Nat., Biol.* 68: 193-197.
- (1970b) Revisión de las especies europeas de Linaria con semillas aladas. *Publ. Univ. Sevilla ser. Ci.*, 7 (288 pp.).
- Widmer, E. (1891) *Die europäischen Arten der Gattung Primula* (154 pp.). München.